

Posuit flumina
in desertum. et
exitus aquarum
in sitim.

Terram fructife-
ram in salugine.
a malitia inhabi-
tantium in ea.

Posuit desertum
in stagna aquarum.
& terram sine aqua
in exitus aquarum.

Et collocavit illic
esurientes. & con-
stituerunt ciuita-
tem habitationis.
& seminauerunt a-
grof. & plantauerunt
uineas. & fe-

cerunt fructum
natiuitatis.

Et benedixit eis. &
multiplicati sunt
nimis. & iumenta
eorum non minorauit.

Et pauci facti sunt.
& uexati sunt
tribulatione ma-
lorum. & dolore.

Effusa est contemp-
tio super principes.
& errare fecit eos
in inuio. & non in uia.

Et adiuuauit paupe-
rem de inopia. &
posuit sicut oues
familias.

Videbunt recti &